

PICTORIUS

1569







A. xxv

16/p

5017/A

PICTORIUS, G.

36121

~~Hyacinthi Cornuti Lucensis
Apothecae Medicinali P. P. C.
Faciens anno 1700~~ 1-10

61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

101

S E
tat
r

Flu
du
in
to
f
con
m
im
p

IN C. PLINII NATURALIS HISTORIAE

SEPTIMUM LIBRUM ADNOTATA

quaedam, non citra puluerem nunc

recens in lucem, per Georgium Pi-

ctorium Doctorem Medi-

cum, publicata.

IN PROOEMIUM.



T non sit satis estimare, an na-
tura melior parens homini
fuerit, an tristior nouerca.)

Quemadmodum hoc loco Plinius naturam dubitanter ceis nouercam conuitijs proscindit, sic & Lucretius in quinto suorum librorum agit, &

Plutarchus quoque, sed argumento adoxo Gryllum *Plutarchus*
aduersus Vlysem bruta hominibus potiora facientem, *in naturam*

inducens, quam autem diuinorum munerum hi estimatores aequi fuerint, etiam magnam sapientiam professi,

Plato philosophorum omnium scientissimus lucide *Plato pro*
commonstrat, quando gratias agit naturae, quod se hominem *naturae.*

rationis capacem, non bestiam eiusdem exortem, crearit. Innuens contra praefatos, hominem rem esse, quam natura ceteris intentius, curiosiusq; ample-

Asit;

Homo perfectior & absolutior quavis creatura
 feffior qua iudicetur, quæ coeli ambitu contineatur. Et adeo ut e-
 uis natura. tiam alij non defuerint qui coelo hominem prestantio-
 rem dixerint. Nemo inficias it, ea quæ à Plinio sunt e-
 numerata incommoda homini incumbere, contra au-
 tem homini prudentia inest, inest ratio, & diuini-
 mens, quibus brutis statim ab ortu uestitis, dominatur.
 Nam in eiusdem cedit emolumenta ceruorum agilitas,
 canum sagacitas, piscium natando celeritas, taurorum
 impetus, aquilæ uisus percelebris, leporumq; pernici-
 tas. Huic Plinij loco planè aduersatur Lactantius Fir-
 mianus in libro de Opificio Dei primo capite tertio.
 Et Galenus medicorum alpha libro de usu partium
 corporis humani, sermè in primo libri ingressu. Cri-
 spus Salustius in proœmio belli Iugurthini, Taceam Sa-
 necam, qui tales naturæ calumniatores non solum in-
 gratos nominat, sed etiam insanos. Quæ de hominis
 præstantia Cordubensis princeps Auicenna habet &
 huc adponere libet, habet enim prima tertij doctrina
 tertia, corporis humani constitutionem temperatiore
 esse, quàm uel sit usquam, uel possit esse omnino, addi-
 ta etiamnum uirtutum dispositione congrua quibus
 agat patiaturq;.

Lactantius
 & Galenus
 contra Plin-
 nium.

Seneca con-
 tra naturæ
 calum.

Ritus de
 pueris recè-
 ter natis.

Et in nuda humo natali die abijcit.) Hic ritum an-
 tiquitus obseruatum tangit Plinius, quem talem fuisse
 Macrobius primo symposiacorum scribit, Ut infantes
 iam primum enatos terram attingere curarent. Opem
 ue deam, ut nascentibus opem ferret, sinu eos excipi-

Adnotata.

ent inuocarent, quos, siquidem non uocem prius dare putabant quam terram attigissent. Simile diuus Augustinus habet de Leuana dea quam pueris de terra leuandis praefuisse scribit ciuitatis diuinae quarto libro.

At Hercule risus praecox.) Plinij tempore uiris in Per Hercule rare per Herculem & foeminis per Castorem utriusque le uiri per per Pollucem popolare fuit uelut A. Gellius noct. At= Castorem ticarum undecimo libro abunde scribit 6. cap. foemin.

Ad uagitus statim.) De iam primam enatis C. Iu- Solinus Plinius Solinus, quem Seruius Plinij simiam uocat, in po- nij simia. lyhistore tertio capite eadem cecinit, per haec uerba. Nascantium, inquit, prima uox est uagitus. Letitiae e- Risus infan- vims sensus in quadragesimum differtur diem. Cur au- tis quando. tem statim uagitus edat, qui uelit, Alex. Aphrodisaem legat problem. 64.

Risus ante quadragesimum.) Hic sibi diuersus est Plinius sibi Plinius. Nam uelut auum suum Crassum nunquam ri- diuersus. sisse Solinus scribit & inde Agelastum fuisse dictum, Agelastus sic hoc septimo libro decimo sexto capite zoroasten Crassus. eodem die risisse scribit, quo genitus fuerat. Zoroastes

Vnam tantum ob culpam.) Nostrates theologi in in die pri- originale peccatum id totum reiiciunt, quemadmo- mo risit. dum affabre legitur apud diuum Augustinum, quarto libro contra Iulianum, & libro secundo capite quarto ciuitatis Dei, apud Lactantium libro de Opificio Dei cap. 3.

Quando homini uox.) Quando homini uox e- mini uox e- mergat, Macrobius in somnia Scipionis ostendit, in- mergat. A 3 quit

Post septem quit enim capite sexto. Post septem menses incipiunt menses inci infantes ex mandibulis dentire, post bis septem, sedent piunt desire. sine casus timore, post ter septem sonus eis in uerba prorumpit, & post quater septem, non solum stat firmiter, sed perfecte incedunt, De hac re multa Aristo. pro blematum Sectione decinia.

Iam morbi tot) Quot morborum, tot emerse sunt myriades homini ultiores. Naturam redarguendam minime censemus. Scribit enim A. Gellius sexto noct. At-
 ropter morbos nape intentum aut consilium, ut sit hominem mollem tura non re faceret, quod facile a quavis re laederetur, & singulis darguenda. fortuna istibus morbos inducendo esset obiectus, sed

quia operis subtilissimi postulat utilitas, caput & totum corpus extenuissimis ossiculis compinxerit, quae per accidens faciant, ut tota strues extrinsecis noxis et offensionibus facile noxam percipiat. Haud aliter, dicens, ac cytharae instrumento musico eueniat, quae licet subtilissimum & optimè sonans artificis sit opus, tamen quia ex multis ob necessitatem tabulis & diuersis constat fidibus, ob leuem quamuis occasionem in fringitur aut contaminatur, nullam uim resistendi obtinens.

Primorum parentu inobedientia. Theologi dissolutam per primos parentes in prothoplasten obedientiam morborum causam afferunt, dum in prima hominis plasmatione humores, corporis materiam, aequales fuisse & concordas scribunt, qui fracto plastis edicto, inaequales, & discordes euasent, ut corpus non solum morbosum fieret, sed mortale quoque

le quoque. De morborum origine Hieronymus Ma- Hieronymus.
 gus quoque disputat, in libro primo de exustione mun Magus mor
 di capite sexto. Poeta Promotheo & fratri suo Epime borum cau
 theo hanc notam imprimunt, adducentes Pandore sas ostendit
 Flascum seu pixidem; potissimum Hesiodus.

Tot medicinae excogitate.) Non solum per homi
 nes, sed Deos quoq; & diuersa animalia, uelut Plinius
 libro 1. cap. 27. ostendit

Itaque multi extiterunt qui non nasci.) Epicurei exi
 stimauerunt homini duo optima fore. Primum non na Homini
 sci, secundum occisimè natum mori. Istorum Tullius in duo opti
 primo Tusculanarum questionum in fine meminit. ma.
 De Syleno fabulam quandam adducens, quem à My De Syleno
 da rege captum hoc ei muneris pro sua missione dedif & Myda fa
 se scribit, eumq; docuisse: Non nasci homini optimum, bula.
 Proximum autem, natum quàm primum mori. In ean-
 dem sententiam Euripides scribit, quæ Erasmus sic Euripides:
 uertit:

Non nasci omnino, quàm primum mortalibus, atq;

Haud unquam solis cernere triste iubar.

Verùm ubi sis natus quàm primum uisere manes.

In hac opinione & Thracæ fuisse dicuntur, quibus Thracæ
 mos erat in lucem editos, lachrymis, gemitibusq; pro mos.

sequi, mortuos conuiujs & tripudijs. Trausos gentem Trausori
 Thracibus finitimam, Herodotus quinto siue historiae ritus.

libro, eundem obseruasse ritum docet, dum edito in-
 fante, propinqui circumfidentes cum ploratu comme-
 morent calumnitatum illi perferendum sit uitam in-

gresso. Contra defunctum hominem cum lusu, letitiâq;
effequentes, non sine cōmemoratione quàm multis ma-
lis ac miserijs subductus sit morte.

Homo recē
ter natus ta-
bula.

Hominem scire nihil, sine doct.) Hominem recen-
ter natum tabulam quidam dixerūt philosophi in qua
nihil uel pictum, uel scriptum sit. Lucretius in quinto
suorum poematum, hominis iam primum editi pul-
chrè ignorantiam edocet. Et diuus Augustinus uigesi-
mo primo, ciuitatis Dei capite 14.

Vni sepulturæ cura atque etiam post se defuturo.)
Arguit Iuuenalis eos qui sepulturis et eorundem titu-
lis, cito interituris, gaudent, decima satyra, Textus ha-
bet post se de futura. Vbi defutura id est interitura se-
pulturæ legendum censemus sepulturæ.

Pulchra
hec Plinij
imitatio.

Cætera animantia in suo genere probe degunt.)
Hunc Plinij locum eleganter Iuuenalis Satyra decima
quinta imitatur, sic quidem:

Sed iam serpentum maior concordia, parciit
Cognatis maculis, similis fera, quando leoni
Fortior eripuit uitam leo: quo nemore unquam
Exspirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tygris agit rabida cum tygride pacem
Perpetuam, seuis inter se conuenit ursis
Ast homini ferrum letale incude nephanda,
Produxisse parum est. —

Et Flaccus 7. ode Epodon.

Necq; hic lupis mos, nec feris leonibus
Unquam nisi in dispar feris.

Homini plurima ex homine mala.) Plinio subscribitur Seneca decimo septimo epistolarum libro, epistola homine lo-
 203. Ab homine dicens homini quotidianum periculum, & tempestas minatur antequam surgat, crepant
 ædificia antequam corruant, prænunciat fumus incen-
 dium. Sed subita est ex homine pernicies, & eo diligen-
 tius tegitur quo propius accedit, Plautus in Asinaria
 hominem homini lupum esse dixit.

IN CAPVT PRIMUM adnotata.

Magna ex parte in relatione gentium diximus.) In Prologo huius septimi libri Plinius ea scribendo at-
 tigit quæ hominis recentem nati miseriam concernunt. At hoc primo capite non uniuersim hominum genus
 attentat, sicut in gentium relatione fecit, secundo li-
 bro, sed uix quædam credenda, quibus suam fidem ob-
 stringere etiam ipse non pollicetur, tractat, potissimum
 à mari de gentium.

Longius à mari de gentium.) Hanc ob causam do-
 cet Plato in legibus ciuitates longè à mari constituen- A mari ci-
 das. Velut Eusebius idem facit quando per decem mil- uitates con-
 lia passuum eas distare à mari censet, ut uidelicet por- stituendo,
 tuose sint optimè, nec utilitate nec iocunditate maris
 omnino priuari queant, atque sic moribus alienis nec
 repleantur, nec aliorum nequitiam facile acceptent.
 Eusebius de præpar. Euang. lib. 12. cap. 27.

In C. Plinium

Primo fuit Tot hominum sermones & lingua.) Ab initio ho-
unica lin- minum unicus fuit sermo, aut lingua una, quae tamen
gua. ob fastum ac superbiam in uarias est mutata, sicut cla-
re id Moses, propheta Deo plenus, Genesios 11. capite
ostendit, & Iosephus capite nono primi libri suarum
antiquitatum, Et diuus Augustinus decimosexto libro
de ciuitat. Dei 4. cap.

In caput II. Adnotata.

In hoc secundo capite describit Plinius multa quae
homini accidunt, uel per rerum architectricem natu-
ram, uel per locorum qualitates aut caeli influxus.

Quae corporibus humanis uescuntur.) De antro
pophagis & alijs carne humana uescentibus populis
Solinus multa scribit in Polyhistore suo, cap. 24.

Indicauimus.) Libro quippe 6. cap. 17.

Parnassus Ni cogitemus in medio orbe terrarum.) Strabo
orbis me- Geographiae libro 9. Parnassum montem orbis medi-
dium. um esse scribit, in cuius situ homines crudelitate fero-
cientes fuerunt falsa religione illaqueati, dijs suis ho-
mines immolantes, id Lactantius tangit primo de falsa
religione libro.

Huius monstri cyclopa.) Posset hic admirari
De Cyclopi quispiam grauisimorum autorum de Cyclopiibus tam-
bus auctores claram dissonantiam, Thucidides enim in septimo hi-
dissonant. storiarum Cyclopes fabulosos fuisse scribit. Et hoc lo-
co Plinius pro uera historia eos recitat. Eorum nomi-

ait Homerus 9. *Odyssæ*, & Vergilius tertio *Aeneid.*
fermè ad finem.

Sed maxime illustres.) Herodotus in *Thalia*, hoc
est tertio libro suarum *historiarum*, *Aristeam* ad ma-
nus non habemus.

Auersis post crura plantis.) De istis & iam præfa-
tis multa A. Gellius habet libro 9. cap. 4. & Herodo-
tus, qui tertio libro de *Arimaspiis* scripta, fabulosa o-
pinatur.

Pro mantelibus.) Hermolaus Barbarus mantili-
bus legendum censet, Licet mantilium etiam lintheolū Mantilium
significet manibus tergendis aptum. quid.

Quos ophiogenes uocat.) Crates Ophiogenes Hel Ophioge-
lesponti gentem uocat, quasi ex serpentibus enatos, qui nes.
bus similis Africae populus psillorum est, uelut id A.
Gellius docet decimosexto libro 11. capite ex Herodo-
to, & Plinius 28. cap. 3.

A Marso Circes filio.) A Marso Circes & Ulyssis Marsus V-
filio, Solinus à Marsia ab Apolline superbiante inter. Ulyssis filius.
empto, de hoc Strabo libro 5.

Androginos utriusque naturæ.) Hos item Hermo- Androgini
phroditas nominamus, Tullius diuinationum Andro- qui.
ginum fatale monstrum nominat.

Aristoteles adijcit.) Aristoteles de generatione a-
nimalium libro 14. cap. 4.

Qui noctu plusquam interdium cernant.) Quod Cur quis no-
propter spiritus uisibilis tenuitatem qui interdium mo- Au uideat.
diebus concreseat, contingit. Quam rem pulchrè dispu

tat Aphrodisæus problemate 20. De his item Plinius li-
bro 11. cap. 37.

Cicero apud nos autor est.) Cicero secundo libro
de natura Deorum.

Haud procul à Roma in Phaliscorum agro.) Illa
omnia Plinij uerba apud Solinum in Polyhystore scri-
pta sunt capite quidem nono.

Sicut Pyrrho regi.) Ea quæ his Plinius scribit
de Pyrrho nec uerbis mutatis Plutarchus habet in ui-
ta Pyrrhi.

Locatâ na- India Aethiopumq; tractus.) Locata inquit Ari-
tyram losi stoteles in Physicis conditiones imitantur suorum lo-
refert. corum. Nam in locis melioris influentiæ etiam omnia
meliora proueniunt. Illis Plinij uerbis Diodarus ter-
tio libro subscribit et Strabo libro undecimo, Solinus
capite 60.

Caninis capitibus.) Ea omnia fermè Solinus 60.
capite recenset.

Monosceli. Hominum genas qui monosceli.) Monosceli id est
unicrures.

Sciopode. Eosdem Sciopodas uocari.) id est scia uel pede se-
tegentes.

Acephali. Quosdam sine ceruice. Hos acephales nomina-
mus.

Narium loco foramina.) De his etiam Solinus ca-
pite decimosexto. Strabo libro decimoquinto. Herod.
libro 4.

Anguillam modo lotipedem.) id est anguillum mo-
do ser-

serpentem. Vide Plinium libro 5. capite 8.

Pygmei narrantur.) Pigmey nomen habent uel à pu-
 gna cum gruibus, uel à cubili seu palmæ mensura. Ea
 que hoc loco Plinius recitat, & Solinus habet memo-
 rabiliū suorum capite sexagesimo quinto. Aristoteles
 de natura animalium capite 128. Lucanus circa finem
 quinti libri, Statius circa principium tertij Thebaidis, De Pygme-
 Albertus uigesimo primo libro confundit, dicens Pyg- is nihil cer-
 meos non esse homines, & Strabo item decimo- ti.
 quinto libro, omnia de Pygmeis fabulosa dicit. Sed
 quam rectè de pygmeis uterq; sentiat, pygmeus osten-
 dit quem illustrissimus archidux Austriae Ferdinandus Archiducis
 inter aulicos suos fouet, qui saltē longitudine tres pal austriae Pyg
 mas aequat. meus.

Aristoteles in cauernis uiuere.) Aristoteles libro
 octauo cap. 13. histrie animalium.

Macrobij.) id homines longioris uite.

Atho montem incolant.) Atho mons est altissi-
 mus Græciæ, Salino scribente cap. 21.

In quibus locis Indiæ umbræ non sunt.) de istis lo-
 cis Diodorus 3. libro.

Onesicritus.) Onesicritus historicarum scriptor
 fuit.

Gymnetas appellat.) Hos Strabo Geographiæ 15. Gymnetas,
 libro ab exercitio uel labore dictos scribit.

Troglodytas super Aethiopiā.) Troglodytas à Troglody-
 specubus quasi inhabitant Aristoteles lib. 9. cap. 12. di-
 ctos asserit, quod & Strabo ultimo lib. adprobat.

In C. Plinium
In caput III. adnotata.

Ter geminos nasci certum est.) Hoc loco Plinius Aristotelem imitatur paucis quidem uerbis alteratis. Sic enim philosophus habet libro septimo capite quarto animalium. Et quedam uiginti quatuor unicus partu edidit, maiorque eorum pars enutriti & adulescere potuit. Est huc legendus A. Gellius lib. 10. cap. 2. Et Solinus cap. 2. & 3.

Horatorum, Curtianorumque.) De his & Lucius Florus i. historiarum, & Valerius lib. 6. cap. 3.
Nilus fecundus. (Fœtifer Nilus) Ut Nilum fecundissimum fluum Aegypti omnium, rerum autores testantur, sic quoque Solinus secundo capite polyhistoris partium fœtiferum etiam scribit.

Ostia.) aduerbialiter locum aut ciuitatem quandam significat.

Mirabiles fama posuit effigies.) Ibi pro fama, forma legendum censemus.

Et in Aegypto.) Sunt hæc quæ Plinius in hoc capite de numerosis partibus miracula scribit satis magna. Sed nos maiora ex alijs autoribus in secundo nostrarum succisuarum lectionum libro citauimus. Ibi causas quoque, adeo monstrorum partium ostendimus. Scripsimus enim presitato loco ex Alberto in Germania foemellam quandam unicus partu configuratis iam in utero duorum & uiginti infantum corpusculis aborsum fecisse. Item ex eodem Alberto aliam aricularis

Adnotata.

ricularis digiti magnitudine centum & quinquaginta infantulos, quibus uitæ signa comparuerint dedisse simul. Vt sileam quæ Baptista Campifulgosus historia- rum primo libro recitat, sexto capite de miraculis, ubi *Nota mira- culum ma- gnum.* Margaritam quandam Hollandiæ comitem anno mille- simo tricentesimo decimoquarto trecentos ac sexagin- ta quinque infantulos, qui omnes Baptismi characterem acceperint, unico partu dedisse scribit.

Hermophroditos uocamus.) De Hermophroditis antea scriptum est, sed apud Angelum Politianum in Græcis epigrammatis pulchra, quæ Pulex scripsit & item Politianus uertit, inuenies, Carmen incipit Cum me me genitrix.

Allatum illi ex Aegypto in melle uidimus.) Quæ diutius seruare studemus melle condimus. Nam à putredine quicquid fuerit tutissimè sua uiscositate conser- uat. Hinc quoque ueteres mortuorum corpora quæ il- *Mortuorū corpora melle illa seruantur.* lesa seruasse per annos uolebant item melle illita sarco- phagis dedisse facile constat, id quod Papinius de Ale- xandro mortuo his uersibus tertio libro ostendit. Duxit ad Aematheos manes ubi belliger urbis Conditor, Hyblæo perfusus nectare durat.

Eadem Plinius habet libro uigesimosecundo, capite ni- gesimoquarto. Athenæus quoque uiuos putrefactio- nis, quæ morborum est minera, mellis usu esse exortes *Cyrnei qui.* testatur, quando Cyrneos qui Corsicam inhabitant i- *Macrobij* deo Macrobios seu Polychronios, hoc est longæuos, es id est Poly- *chronij.* fe dicit, Quia mellis cibo qui frequens apud eos est u- *tantur*

tuntur asidue. Quidam mellis usu Democritum, quem melle oblectatum legimus, sola mellis anaphora id est euaporatione in annum centesimum nonum fati-
 Democri- id est euaporatione in annum centesimum nonum fati-
 tus in cente sui distulisse pensum narrant, Pythagora mensam pa-
 finum no- ne & melle constituisse & in nonagesimum annum He-
 num annu. racyde Serapionis filio scribente, durasse constat. De
 Pythagora mellis ad condituras prestantia Columella & Cicero
 etas. Tusculanarum questionum.

In caput III. adnotata.

Ex feminis mutari in mares.) Non est fabulosum, uelut Nasoni placet tertio libro transfor. quando de Tyrrestia scribit. De qua re Angelus Politianus legendus, miscellaneorum centur. prima capite 80. & Proptertius libro 11.

Casini factum puerum ex uirgine.) In eadem quasi uerba A. Gellius scribit lib. 9. cap. 4.

Virilitatem prouenisse.) id est uirilia membra.

Ipse in Africa.) Hec omnia ex Aristotele mutuata sunt cap. 4. libro primo animalium.

Sepius uero moueri mares.) Isthæc Hippocraticæ sunt ex quinta separatorum sermonum particula, sermone 49. Quæ item habentur apud Auicennam 21. tertij tract. 1. cap. de signis masculi.

Translati-
 tum,

In caput V. adnotata.

Translatum est.) id est indifferens.

Et in Italia tales partus esse vitales.) Partus octauis mensis non vitales esse omnium ferme autorum consensu proclamatum est, eamque rationem philosophorum habent placita, quod infantulis dum in utero sunt planetas nouerimus praefici. Vbi eo mense natis Saturnum qui frigidus & siccus sit episcopum ar-
 bitrantur, cuius utramque qualitatem ferre nequeant, ut mensis quia vitales sunt contrariae. Medicis tamen super hac re alius est sensus, elisa ratione astronomica, dicentes Embrionem sepe mense septimo ab utero conceptaculis egressum affectare, ac in id colluctari plurimum, uerum conatu excidere, atque interim fatigatum effici imbecilliorum, ac uiribus non dum relictis octauo rursus eundem petere conatum, & oblesum exire, & inter mori. Multa huius farinae tractat Hippocrates in libro suo de partu octimestri. Sed Auicenna ea non perpetua esse ueritatis asserit, in Hispania enim partibus pregnantibus edere dicit partus vitales. Et Aristoteles similiter in Aegypto. Et Agrippa in Naxo insula, quod eam Dionysio sacran dixerint, qui eo mense natus est. De his multa scripsimus in primo nostrorum sermonum conuualium.

Partus octauis mensis
 cur non ui-
 talis.

In Hispania
 partus octi-
 mest. superq
 stes.

Item in Aeg-
 ypto &
 Naxo.

Suillum rufum undecimo.) Decemuiris Romae decretum fuit, nullam mulierem post decimum posse uterum gerere, propter quod Iustinianus imperator, contra mulieris cuiusdam pronunciauit petitione que undecimo mense partum dedorat, petierat enim filio
 Iustiniani
 pronuncia-
 tum
 languans

tanquam legitimo hereditatem. Qui & lege sanxit, ut quæ post hac mulieres hoc tempore se peperisse idcirco vitarent ueteris legis subirent pœnas, Hippocrates, ut solet, quam eleganter de hac re mentionem habet in libro De natura fœtus, per similitudinem quãdam probans fœminis hunc mensem undecimum inhabilem

Hippocrat. pariendi, dicens honestissimas matronas sæpe numero se impregnatas arbitrari cum minimè sint. Hac similitudine earum infringens opinionem: Quemadmodum Pulchra si enim gallinam ouo insidere uideamus dicens, & ouum militudo. calefieri, spiritum concipere, & ob suam raritatem aere quandoque refrigerari, ex oui luteo pullum creari, & in membra informari, candido siue albo nutriri, & uicesimo die, ob defectum nutrimenti, uehementer agitari, membranasque infringere, & matris admi-

Quomodo niculo quæ testam dirumpat, prodire, Sic in locellis **infans in lo** matris, infancis membra informari cernamus quoque **cellis.** inquit, crescere, & tam diu latitare donec mater amplius non satis nutrire ualeat, ubi tunc plus nutrimenti queritans quàm adsit, ultra non quiescat, nunciusque solutus foras progrediatur, pro quibus omnibus decem menses satis esse testatur. Diuus Adrianus imperator,

Hadrianus qui Iustinianum præcessit, ductu cum Græcorum philosophorum & medicorum Aristotelis & **undecimū** Dioclis, tum Latinorum, ut M. Varronis, in undecimum **mensem ap** probauit. mensem usque gestari posse, contra decem uiros & Iustinianura & Hippocratem concessit infantes. In nostro tertio conuuiorū libro multis expedi-

nimus ea quæ apud A. Gellium noct. Atticarum libro 3, capite decimo sexto quoque leguntur, & apud Censorinum cap. 7. Albertus mense decimo quarto puerum quendam natum dicit, libro nono animalium, cap. 4. Ioannes Maub. de Gradi super nonum Rhafis ad Almanforem in capite De uola nihil quod ad hanc rem pertinet omittit.

In caput VI. adnotata.

Redundantia stomachi.) id est nausea.

Melior color ferenti marem.) Sic habet Solinus Signa ma-
3. capite, si corpusculum in marem formatur melior est sculini scæ
color grauidis, & pronior partitudo: si in sceminam tua,
uultum pallore inficit, & crura languida tarditate
fiunt.

Germinante.) emittente.

Si respirauere difficilius enitantur.) Id sic inter-
pretatur Solinus: cum prope ad uterum liberandum,
id est euacuandum uenerint momenta maturitatis, eni-
tenti spiritum retinere plurimum congruit, & oscita-
ta letali mora suspenditur puerpera. Huius sexti capi-
tis sufficiens est interpretres Solinus capite prefato. Et
nos plus minus triginta ueræ impregnationis ostendi-
mus signa in libello nostro germanico quæ Syneconi-
tim inscripsimus. Additis etiam signis sexus differentiã
ostendētib. & sumptis partim ex Hippoc. lib. de mulie-
rã supputatione, & partim ex lib. de mulierũ morbis.

Signa im-
pregnatio-
nis.

Infantis motus nonogesimo die. Primus autem nonogesimo die motus.) De primo embryonis motu abundè satis Hippocrates Couis scribit, libro de nutricatu seu alimentis, si Hippocratis est, Galenus Thessali opinatur, seu Herophili.

In caput VII.

Homo superbiſ. animal. Quàm sit friuola animalium superbiſſimi origo.) Hominis intelligit. Et rectè superbiſſimi dixit. Quid enim superbia ſtimulati non molimur? quos conatus non attentamus? quas turbas omittimus? quo elationis genere ambitionis cauſa non utimur, iactamus formam, uires, opes, honores & noſtri generis decorem.

Superbia ad omnia mala ſtimulat. Vbi meminiffe ſatiùs fuerat quantis ſordibus concepti fuerimus, quantis doloribus in lucem editi, quàm nullis uelati tegumentis iam matris uterum egreſſi, quot undique morbis terreum humani corporis ſcaſulum, quot caſibus, & quibus erumnis expoſitum, quàm nihili re hoc ſuccumbat, utpòte lucernarum extinctarum ſuffocatum, uue acino, uel lactis hauſtu uberiore.

Anacreon uue ſuffocatus. Legimus enim in historijs Anacreonta uue granulo ſuffocatum, Fabium ſenatorem pilo in lactis hauſtu ſtrangulatum, & alium ſtiria gelu durata de teſto lactiſa ſubito fati penſum ſoluiffe, Aechilum item porci tam teſtudinis caſu ſuper caput exſpiraffe. Vnde Me-

Fabius ſenator pilo ſtrangulatus. Aechilus con-

Aechilus conſolatorius caſu perijt. quijt. Appollonium rectè dixiſſe atteſtemur, quando in-

Caput

Caput atque summa orationis hæc, homo est
 Quo non aliud est animal usque, quod modo
 Surgat, modo cadat, citius atque crebrius
 Ac iure sanè, quippe debilissimum
 Cum sit.

Aeschilus apud Stobæum umbræ sumi similem facit ho Homo sua
 minis uitam, & Sophocles uel aliud ac umbram atque mus.
 flatus hominem dixit. Si inquam illa diligentius memi-
 nerimus circa dubium, pauonis instar, qui pedes inspe-
 xit, cristas submittemus.

In caput VIII.

In pedes procedere contra naturam est.) & ea tra-
 ctat A Gellius noct. Attic. lib. 16. cap. 16.

Vt egrè partos.) sic exeuntibus infantulis egrius,
 periculo incumbente, enituntur mulieres.

In hunc modum genitis.) Hic fermè solus Agrippa Agrippæ
 in hunc modum genitus superuixit, quum plerunque
 Solino teste, omnes raptim moriantur.

Quanquam is quoque aduersa pedum.) Licet da-
 tum illi fuerit Agrippæ sic genito superuixisse, tamen
 è pedibus egrè inter arma laborauit.

In felici terræ stirpi omni per utrasque.) M Agrip M. Agrippa
 pa ex Iulia sua uxore Cæsaris Augusti filia tres habuit pa tres fili-
 filios Caium, Lucium, & Agrippam, atq; duas filias Iuliam
 & Agrippinam, Iuliam uxorem & Iuliam filiam omnib. certè
 probriis cõtaminatas relegauit in exiliũ, Caiũ et Lucium
 as.

in decē & octo mensium spacio amisit ambas, Caio in Lycia & Lutio in Asilia defunctis, & cum Agrippa ingenium adeo sordidum & ferox habebat à Cesare abdicatus est, sepositusq; Surrentum, quæ omnia Suetonius & alia huc pertinentia scribit.

Claudius Nero fax.

Totidem faces.) Claudium Neronem, quem hoc loco facem nominat generis humani, Suetonius à pietate imperij exordia fecisse scribit, sed denuo in prærabidam feritatem & seuciem incomparabilem sic uenisse idem docet, ut uice prouerbij in eos dicatur qui se à principio mites quidem & præter modum tractabiles ostendunt, postmodum uerò in barbaram crudelitatem labuntur. Quia Neronis utantur quinquennio. De hac re Coelius libro 6. cap. 34.

Per utrasque Agripinas maxime.) Vxorem & filiam, Hæc uidentur esse Eusebius in historia temporu, Macrobius 2. saturnalium, Solinus 3. capite polyhistoris, & idem Plinius 45. capite.

In caput IX. Adnotata

Enecta pater Auspicatus enecta parente.) Hoc natiuitatis genere Scipio nus ueteribus auspicatum putabatur. Sic natum Scipio Africani. nem Africanum historiae habent, qui propterea prius **Cæsar unde** minus omnium Cæsar appellatus est, & non ut Pompeius arbitratur, quòd cum Cæsarie, quòd comam significat, fuerit, necq; ab eo quòd in Africa occiderit Elephantem, sicut Seruius scribit, dum Cæsus Assyrio:

rum lingua elephantem sonat.

Simili modo natus est Manlius.) Liuij adbreuidator libro quinquagesimoprimum non Manlius habet. Sed Mantinus, pro hoc nono capite legendus est Orosius, quarto capite lib. uigesimosecundo. Vbi tales partus datos esse testatur in lucem in tertio bello punico, anno sexcentesimo secundo ab urbe condita.

In caput X.

Vopiscos appellabant.) Huius capituli de Vopiscis Vopisci, quaedam habentur apud Aristotelem decima sectione & libro nono animalium.

In caput XI.

Præter mulierem pauca animalia.) Causam reddat Aristoteles libro quarto capite septimo De generat. animalium, & problemate quadragesimoseptimo sect. decima, & Petrus de Ebano in commentarijs super iam citatum problema. Ab istis tamen Galenus aliam causam recenset, magnitudinem quippe delectationis coitus ante impregnationem.)

Pauca animalia.) Velut equa est quam Aristoteles post impregnationem, coitus ualde cupidam scribit. Et ideo, quia animal sit uorax unde spermatis maturationem coitus uida. In reliquis uero post impregnationem Albertus in historia animalium clau-

fos dicit locellos, unde appetitus defluat.

Extat in monumentis medicorum.) Maximè Hippocratis qui singularem librum de super foetatione conscripsit.

Alterum marito similem.) Alterum marito similem Iphiclus Iphiclum Amphitrioni, alterum adultero, id est Amphitrio Herculem, Ioui.
 • Iphiclus
 Amphitrio
 nis filia.

Item Procunestia ancilla.) Procunestia ex duplici adulterio gemminos ædedit, utrumque patri similem. Hæc Solinus memorabilium 3. cap.

Truncos gigni.) Truncos id est mancos, Valerius Max. Ex speciosis deformes habet, ex robustis inualdos lib. 9. cap. 15.

In caput XII. adnotata.

In Lepidorum gente.) Gente id est familia.
 Similitudinis quatuor cause. Similitudinum in mente reputatio.) Naturales quatuor afferunt similitudinis causas, Quarum prima est sanguinis cognatio, secunda fors fortuita. Tertia parentum in conceptionis hora cogitatio, & quarta syderum influentia. De his autem abundè satis Aristoteles scribit libro 7. de historia animal. cap. 6. & 3. lib. cap. 4. de generat. animalium.

E' plebe nomine Artemon.) Valerius non Artemon habet sed Artomon, non è plebe sed regia stirpe.

Necato Antiocho.) De morte Antiochi uaria auctoribus narrantur, maxime apud Iustinum libro 38.

ad finem

ad finem, & Plinium de uiris illustribus & Val Max.
lib. 9. cap. ultimo.

Magno Pompeio Vibius.) Magno Pompeio Vi-
bius ingenuæ stirpis, & Publicius libertinus ita similes
fuerunt ut permutato statu & Pompeius in illis & illi
in Pompeio salutari possent Val. Max. lib. 9. cap. 6.

Patri quoque eius.) Eius Pompeij, Messalam in-
telligens.

Mango.) id est uenitor, Seruius rectè Solinum Plinij
stirpiam uocat, hoc est Plinij imitorem, quoniam
hec ferme omnia paucis immutatis uerbis in Polyhi-
storis sui tertio capite recitat.

Super omnem taxationem.) Quod Plinius super
omnem taxationem dicit, hoc alij super omnem
effecerunt.

In caput XIII. adnotata.

Diffotiatio corporis inter se sterilis.) Inter agens
& patiens equalis debet esse proportio aut nihil agi-
tur quod proueniat.

Graccorum mater.) Plinio subscribit Plutarchus
in uita Graccorum, & Seneca in libro de consolatio-
ne ad Martiam cap. 16.

D. Augustus.) pro hac historia M. Sillani Augusti
nepotis uidendus est Corn. Tacitus in principio 13. libri.

Quintus Metellus Macedonicus.) Ea uerisimè a-
pud Valerium Max habetur libro 7. cap. 1. de pietate,
& paucula apud Plinium lib. 7. cap. 44.

In C. Plinium
In caput XIII.

• Mulier post quinquagesimum annum.) Omnes in hoc sunt medici, & maximè Galenus libro secundo de febris ad Glauconem, etiam mulieres post terminū hic à Plinio signatum posse fertiles esse, cum hoc quòd diurnus euentus Plinio contrariatur. Aliquibus enim germen menstruale diutius inhaeret, quod secundas reddit, Valesius libro sexto capite duodecimo quandam bonæ habitudinis matronam anno etatis suæ se-

Sexagena. xagesimo peperisse scribit, & denuo sexagesimo septima mulier mo. Et ego Villingæ anno millesimo quingentesimo uipotesimo quarto infantulum ad baptisterium pro baptisere. matris caractere tuli, qui à matre sexagenaria prodierat, & superstes adhuc uiuit. Variatur hic terminus, secundum uariationes naturalis complexionis, & regiminis ex rerum non naturalium.

Masinissa Masinissa Rex.) Numidiæ regem 86. anno filium anno 86. generasse Methymatrum, Valerius Plinio consentit, gener. sed eundem Nasicantem nominat quinto libro capite primo.

M. Catonem censorium.) Quæ hoc loco Plinius de Catone scribit, A Gellius 13. libro quoq; recitat 18. capite, & Plinius de uiris illustr.

Sola mulier
animal men-
struale.

In caput XV.

Sola mulier animal menstruale.) Verba sunt Democriti

mocriti medici.

Appellarunt molas.) Azaranius à similitudine lapidis molaris molam dictam ait, quòd in mulieris utero huius lapidis instar de latere, si decumbat mulier, in laeus decidat. Aristoteles, decimo de animalibus ad finem, hanc dispositionem Molim appellauit, & penultimo de generatione animalium Molaginem, Gordonius in sua practica hanc Pecus nominat. De mola Auenarum uigesimali primi tertij tract. 2. capite octauo. Et Rhases nono continens capite secundo. Mulieres plerumque molate efficiuntur si rem cum uiris multum molancholicis habeant.

Mola unde
Molago.
Pecus.
Mulieres unde mola-
ta.

Mouetur) Sed non motu ut uerus embrio.

Alias letalis alias senescens.) Gordonijus dicit quòd mola recenter oborta difficulter curatur, habituata, seu chronica & potissimum animata, seu matricis concludonibus alligata, nunquam.

Mola incurabilis.

Et uiris in uentre gignitur.) Scyron durities quaedam est quae uiris in uentre uel ratione splenis uel ratione hepatis exuberat. praesertim in hydropicis.

Scyron quid

Profluuium magis monstrificum) Hoc ferme totum caput Solinus tertio polyhistoris sui intulit capite, uerbis admodum pauculis mutatis.

Speculorum fulgur hebetatur) Cur mulieres menstruose speculum inficiant. Videnda sunt Quaestiones meae physicae centuria prima quaestione 23. & Austro in libro De somno & Vigilia.

Sed tales non gignunt.) Flos enim uel germen san-

B s guis

guis menstruus est qui fructum maturat.

Quando hæc est generando homini materia.) Auerrois secundo colligit de iuuamentis testicularum, menstrua ad hominis generationem conferre multis argumentis disputat, sed Galenus omnium medicorum post Hippocratem primus, & princeps Auicenna huius scripta de hac re quam doctè conuincunt. Galenus secundo de spermate, & libro 14. de utilitat. particul. Auicen. Fen. 1. primi doct 5.

Ergo cum grauidis fluxit.) sic item Hippocrates scribit separatorum sermonum lib. 5. aph. 62.

In caput XVI,

Septimus Primores septimo mense.) Septimum mensem den-
mensis den- titionis terminum Plinius ait, quem terminum medici
titionis est. uariant, dicentes aliquibus, quamuis raro, tertio anno,
aliquibus saltem quarto ad perfectum emergere nume
Cause tar- rum. Causam debilitatem uirtutis eorum scribentes, uel
dioris denti impedimentum materiae nimium fluentis in gingiuas,
tionis. Ea quoque tangit Plinius libro 11. cap. 37.

Septimo anno decidere.) Necq; casum eorum cer-
tum offerunt medici. Nam uictus ratio persepe pue-
Quando de ris administratur, quæ Plinij terminum præoccupat,
tes decidat. uelut si in frequenti usu, talibus, lac administraretur, aut
fructuum immaturorum adhibeatur licentia, seu
ferro subinde tangantur, & ciborum nimis calefacto-
rum usum frequentent. Taccam quod rheuma persepe
in eos

in eos à capite defluit, quod pari modo facit ne hoc loco Plinius certa scribat. De his Auicenna septima tertij per totam sen.

Quosdam concreto genitali.) Concreto id est coadunato & arcto, ad etiam Columella de re rustica 2. libro capite 5. ostendit, Fœminis dicens quandoque ulcerantur ferro & cicatricibus clauduntur, ne sint genitales id est ne possint generare. Solinus 3. capite nec diuersus est inquit enim si mulieri concretum uirginale fuerit, infœusta natiuitas erit.

Aliqui uice dentium.) Pirrho Epyrotarum regi unum os tradunt fuisse historiæ dentium uice lineis modo in superficie subpictum atque distinctum. Et Herculem triplicem dentium fuisse serie natum, quæ legenda habentur apud Rhodoginum antiquarum lectio- num lib. 2. cap. 34.

Pirrhus sine dentibus

Hercules triplici dentium serie.

Dentes autem inuicti sunt ignibus.) Pati nequeunt etiam si agens fuerit præpotens, quia cæteris ossibus à natura creati sunt duriores conterendum etiam res duras.

Dentes cæteris ossibus duriores.

Tabæ cauantur pituita ue.) potissimum superiores ad quos rheumata proniora cadunt.

Candorem trahunt medicamine.) Trahunt candorem à dentificijs, uel ex lapide carneolo trito, uel dum dentes ex carbonibus de ligno roris marini tritis, seu ex puluere de punice trito & alijs, de dentificijs Plinius lib. 28. cap. 2.

Albificandem

Vsu atteruntur.) Hoc sibi proprium dentes habent, ut per

ut per

Dentes cre- ut per omnem uitæ cursum paulatim crescāt, uelut ar
scunt, gumento id est, quod in senio maiores sunt quam iu-
uentute.

Dentes uo- Nec cibi tantum.) Sunt uocis instrumentum, nam
cis sunt in- per ipsos refractione sit aeris, ordinati ad prolationem,
strument. & ueram distinctionem uerborum.

Cum defluxere explanationem omnem adimētes)
dentibus carentes, loquendo impediuntur, & sibilum
reddunt.

Dentib. au- Quin & augurium dentibus inesse.) Aristoteles
guriū inest. quoque dentes quid presagire scripsit. Nam quibus ra-
Qui plures riores fuerint haud ita diu uiuere opinatus est. Quo-
dentes ha- niam qui dentium ordine proditi sint numerosiore,
bent diuti- eos quoque uitæ productioris.

us uiuunt. Triceni bini.) De numero dentium Galenus scri-
bit libro undecimo De usu partium corporis humani,
Aucenna septima tertij, Auerrois primo colligit. Et
idem Plinius libro 11. cap. 37.

Fortuna Fortunæ blandimenta sunt in Agrippina.) Rectè
blanditur. blandimenta fortunæ dicit, blandiendo enim pollice-
tur & arridet quæ tandem fallit sicut Agrippinæ con-
tigit quæ post obitū mariti Claudio Cæsari nupsit, &
filio imperium ad suam & totius regni perniciem ob-
tinuit.

Contra in leua) Leua pars diuersam tenet.

Zoroastes Sed mox plura de hoc.) lib. 11. cap. 37.

primo die Vnum accepimus hominem zoroasten) Quem ad
rist. modum zoroastes eodem die quo natus est risit, sic a-

ius eius nunquam per totam suam uitam risit. Vnde Agelastum dixerunt uelut Solinus scribit tertio sui po Agelastus. lyhistoris & Aelianus lib. 9.

Futuro presagio scientiæ.) Nam magicarum artium hic dedit exordium.

Consumente exustione.) Consumente exustione humidum substantificum.

Alij Orionis.) Orionis filij Neptuni, Alij ex Eri- cle Etionis Gigantis.

Orestis corpus) filij Agamemnonis.

In caput XVII.

Quod sit hominis spatium.) Id est hominis longitudo.

Vires quibusdam dextra parte maiores.) Propter Calor operar id contigit, quod huic parti calorem largitur, rationū in- qui operationum instrumentum est.

Observatum est mares prestare pondere.) potissimum mortuos & dormientes, causa ostenditur in meis questionibus.

Virorum corpora supina fluitare.) Cur hoc fiat Lud. Caelius Rhodiginus eleganter ostendit.

Corpus uirū
supinū
fluitat.

In caput XVIII.

Sine medullis uiuere accepimus.) Medullam à cerebro descendentem ad uitam adeo necessariam esse

creg.

Medulla creatam, ut Alexander Benedictus, hanc omnium functionum Etionum uicariam dixerit.
uicaria.

In caput XIX.

Parthis interempti.) De M. Crassi interitu Valerius Max. lib. 1. capite 6.

Apathes Apathes Græci uocant.) Apathes eos dicimus, qui. quos sine passionibus aut animi perturbationibus esse nouimus, uel sine passibilitate, Tales Stoici magis gloriose quàm uerè se professi sunt.

Timon quis Timonem in odium generis humani.) Timon hic fuerit. Atheniensis fuit, sic hominum moribus offensus, ut in solitudinem abierit, quo hominum consortiò non frueretur. Omnia fugit colloquia præter adolescentis cuiusdam, quem cum amasset interrogatus est, cur hoc faceret, respondit, quia hunc scio Atheniensium futurum inimicum, Ante domum suam arborem habuit, ex qua se plures conciuues suspenderant, quæ cum ad futurum ædificium cædenda fuerat, currit ad senatum proclamans, si qui essent, qui se suspendere uellent, id in tempore faciant, dum arbor adhuc supersit. Hunc *μωαύ-οσορον*, hoc est hominum osorem dixerūt, de eo extat Luciani dialogus ab Erasmo uersus.

Pictum Thi- iusdam, quem cum amasset interrogatus est, cur hoc faceret, respondit, quia hunc scio Atheniensium futurum inimicum, Ante domum suam arborem habuit, ex qua se plures conciuues suspenderant, quæ cum ad futurum ædificium cædenda fuerat, currit ad senatum proclamans, si qui essent, qui se suspendere uellent, id in tempore faciant, dum arbor adhuc supersit. Hunc *μωαύ-οσορον*, hoc est hominum osorem dixerūt, de eo extat Luciani dialogus ab Erasmo uersus.

Vesculi qui. Corpore uescio.) id est minuto, Nam uesculi male cui Herculi trerati dicuntur, et graciles.

centi quadraginta tres numerauit Hercules, rusticellius quæ-

Quendam quod mulam suam gerere potuisset etiã Her-
 cujem nominatam scribit. Et denuo hoc nomen Hercu-
 lis ad omnes uiros egregie fortes translatur. Quod et
 Macrobius libr. 1. Satur. docet, Plutarchus Theseo hoc
 quoque nomen inditum ait, quod esset laborum tolle-
 rantissimus, ac Cleantem hoc nomine dignatus est phi-
 losophũ, quia nocturnis laboribus diurnũ uictũ para-
 ret. Et idem Plin. hoc lib. cap. 37. Hippocrati, ob depul-
 sos morbos, testatur honores illos quos Herculi tribue-
 rat dedisse ueteres, Simile A. Gell. facit lib. 2. ca. 11. quã-
 do Achillis nomen ijs esse tribuendum scribit qui ingẽ-
 tis essent fortitudinis. Lege Cœlium de Tritormo bub-
 se qua qui item Hercules dictus.

Theseus
 Hercules.
 Cleantes
 Hercules.
 Hippocrat.
 Hercules.
 Achilles
 qui.
 Tritormus
 Hercules.

Crotoniatam Milonem de hoc Crotoniate uiden-
 dus est Rhodoginus lib. 11. cap. 20. et Aelianus lib. 12.

Canistius cursor de hoc Canistio Lacedemonio Sa-
 bellicus lib. 10. cap. 9. ibidemq; de Tiberio Nerone.

In caput XX.

Iliada Homeri membrana.) Ea uerba Antonius Sa-
 bellicus exemplorũ libro 10. habet cap. 0. Excedũt fidẽ
 acerrimi uisus, fuit Ilias Homeri in membrana tam cõ-
 cise et minutim notata ut testa nucis includeretur.

Strabonem uocatum.) Eiusdem Sabellicus prefato
 loco meminit.

Callicrates ex ebore formicas.) Artẽ quã hoc loca
 Calicrati adscribit, Idem Plin lib. 36. cap. 5. Mermetidi
 adscripsit.

In C. Plinium

In caput XXII.

Praelium quo Sybaris deleta est.) & ea tacendo
non praeterit Sabellicus praallegato loco.

In caput XXIII.

Harmodium & Aristogitonem.) Horum Vale-
rius meminit libro secundo capite quinto, & de huius
Leaenae meretricis partu Campifulgosus exemplorū
3. libro cap 3.

In caput XXIII.

Cyrus bonae memoriae. Cyrus rex omnibus.) Cyrus Persarum rex erga
suos milites concionem faciens (quorum erant triginta
milia) nominatim unumquemque allocutus est. Hec
Guido Bituricensis capite de memoria.

L. Scipio populo Rom.) nomina dedit.

Cyneas Pyrrhi regis legatus) de hoc legato similia
Franciscus Petrarca scribit.

Duarum & uiginti linguarum.) Mithridates Ponti
ti rex & Bithiniae. Gellius lib. 10 cap 17.

Matris & affinium.) Huius infortunij Sabellius
meminit libro decimo capite duodecimo, & huius
Coruini Messala eodem loco.

In caput XXV.

Cesarem dictatorem.) Habentur ea omnia apud Suetonium in uita huius Cesaris ab initio.

In caput XXVI,
adnota.

Laus Pompeij Magni.) Laudem Pompeij Magni, Val. Max habet lib. 4. cap. 7.

In caput XXVII.

Quater & quadragies causam dixit.) Nam totiens quoque accusatus est.

In caput XXVIII.

Centum sexaginta coronis.) De multis coronarum generibus. Plinius libro decimosexto capite quarto. Alexand. ab Alexand. libro quarto capite octauo.

In caput XXIX.

*Inter spolia Darij.) De reuerentia & honore
C. operum*

Operum Homeri legi exempla Sabell. libro septimo, capite 5.

Pindari uatis familiae q̄.) hæc apud prædictum autorem, præfato q̄ loco scribuntur.

Aristotelis philosophi patriam) Oppidum Stagirum unde Stagi rites dictus est.

Sophoclem Tragicum coturni prin.) Lysander Bacchi iussu, Sophoclem mortuum sepeliri iussit, tanta poetarum quondam fuit dignitas ut curam eorum dii haberent Campisul. lib. 5.

In caput XXX.

Naves quã- Nauem uittatam.) id est fascijs ligatam seu te-
doq̄ onerã- neis id est fracturis silicium onustam, per sepe namq̄
tur. onerantur naves harena uel rudere ut securius à sub-
mersione incedant.

Equis albis. Ipse quadrigis albis.) Ipsum quatuor albis equis exceperit, id est fortunatoribus, ut Veneris equis, quadrigarum etenim nomine, equos intelligimus qui quadrigas agunt uelut Columella docet lib. 3. capite nono.

Aeschines Atheniensis summus orator.) Hanc totam historiam clarius ostendit Valerius libro octavo capite decimo.

Posidonius sapienti.) Posidonij sectæ Stoicæ celeberrimi, uide Sabell lib. 7. cap. 5.

Audite Carneade.) Carneades ab Atheniensibus
Romans

Romam legatione missus est. Quo audito Censorius Cato senatui suasisit, ut cito eum, quarum causa uenerat Carneades expediret, eumq; a se dimitteret. periculosum enim diuturniorem ipsius in urbe Roma moram arbitrabatur, quum tantam in eo uim lingue nouerat, ut a uero falsum discerni non liberum erat Campisulg. libro 8. cap. 9.

Expellendos censuit Græcos.) philosophos quidem.

Prior Africanus Q. Ennij.) Scipioni Africano hic Q. Ennius adeo coniunctus fuit beneuolentia, ut miraculi uice fuerit uterq; Hæc Crinitus de poetis Latinis lib. 1. cap. 2.

Ex tertia orbis parte raptum.) Africa quippe, quam domuit.

Ab Asinio Pollione.) De hac quoq; re Crinitus libro de honesta disciplina 16. cap. 8.

In caput XXXI.

Socrates oraculo.) De societate habemus apud omnes auctores totas Odysseas.

In caput XXXII.

Chiloni Lacedæmonio.) De Chilone Damagetis filio Diogenes Laertius libro primo de uita philosophorum. Huc uidendus est Erasmus in prouerbijis.

Nosce

Nosce te ipsum.

Exspirasset gaudio.) Idem testatur Guido Bituricensis.

In caput XXXIII.

Melampus. Ex uiris in Melampode.) Hic Melampus Dionysij sacra ab Aegyptijs ad Græcos transtulit Diodoro 2. libro referente.

Aiurato senatu.) id est non tantum priuato testimonio, sed uero senatus sacramento.

In caput XXXIII.

In patria mori non licuit.) Pergamum secessit sine ullo ingratae patriæ desiderio, Valerius libr. quinto capite tertio.

In caput XXXV.

Electa ex centum.) Hoc item testatur Valerius, libro octauo cap. 16.

Claudia. Experimento Claudia.) Claudia uirgo Vestalis ut autor est Hieronymus. Cum in stupri suspicionem incidisset & simulacrum Idae matris in uado Tiberis haereret, ad comprobendam suam pudicitiam, cingulo nauem duxisse fertur. quam hominum multa mitia trahere nequieverant Guido Bituricensis capite de

de pudicitia.

In caput XXXVI.

Humilis in plebe.) Hanc historiam multis describit Valerius Max. libro 5. cap. 4. Et Solinus historiarum libro 6.

Et Reipublicæ consul.) Seditiosus enim fuerat, qui plebem aduersus senatum excitarat.

Post repudium obiit.) M. Lepidus post Sylle dictatoris interitum à Catulo dissensione civili urbe eiectus est propter quod in Sardiniam concessit. Vbi auctore morte Apulia uxoris mortem obiit, Sabellicus libro tertio capite quinto.

Publius Rutilius.) habetur hæc historia apud Sabellicum libro 3. cap. 7.

In caput XXXVII.

Statuam inaurata lingua.) Consimilia Sabellius habet libro 10. cap. 8.

Hippocrates medicina pollens.) Quæ hoc loco Plinius scribit & Senatusconsultum Atheniense in Hippocratis honorem & immunitatem habet.

Summa Aesclepiadi.) Tanta in Aesclepiado mendendi fuit fiducia, ut dixerit se non medicum nominandum, si per totam suam uitam unquam aduersa ualitudine laborasset, in qua ualitudine usque ad septuagesimum annum uixit. Mortuus denuò cum è sca

Aesclepias fallente uestigio corruisset Campifig. Exemplo
des per scarum libro 3.

las corruit. Grande & Archimedi Geo.) Archimedes Syra
Archime-
cusanus adeo machinalis scientiae plenus, ut nauem, o-
des optimo nustam solus traxerit quo uoluit, quam ingens uis
artifex. mortalium non mouere quidem poterat, unde Mar-
celli ducis interdictum uetuit capitis multa, ne quis
Archimedem laederet Sabellicus libro decimo capite
o. stauo.

Ctesiphon Aede Dianae Ephesiae) Ctesiphon Gnosius ar-
Gnosius. chitectus, uir extra omnem aleam industriae colloca-
tus Ephesiae Dianae templi constructionem excogita-
uit, quod ducentis & uiginti annis factum est à tota
Asia, Cuius fundamenta situata fuerant in solo palu-
stri, ne terrae motus sentirent, aut hiatus timeret, quae
calcatis antea substrauere carbonibus, dein uelleri-
Templi dia bus lanæ. Huic templo longitudo fuit quadringento-
nae longi- rum uiginti quinque pedum, latitudo ducentorum ui-
tudo. ginti Columnae centum uiginti septem, à singulis re-
gibus factae, sexaginta pedum amplitudine, ex quibus
triginta erant caelatae. Authoꝝ Mutianus est, & Gui-
do capite qui memoria praestiterunt, Et Sabellicus
lib. 10. cap. 8.

Armentario mille nauium.) capaci Sabellicus
loco praecallegato.

Pneumati- Pneumatica ratione.) Pneumatica ratio pars est
ca ratio. musicae quae fit inflatis uento fistulis.

Hydraulis Et Hydraulicis organis.) Hydraulis organum
quid. dicitur,

dicitur, extrahendi à profundo aquam idoneum Vi-
Aruius testis est.

Dinocrates.) De Dinocrate, Alexandro, Apel-
le alijsq; Guido Bituricensis scribit, & Valerius libro
octauo capite II.

In caput XXXVIII.

Aristidis Thebani pictoris.) Aristidis, Praxa-
tilis & similia Plinius meminit libro 35. capite 10.
& Valerius libro octauo.

In caput XXXIX.

Sestercijs licente.) Sestertius quasi semis tertius, Sestertius
eo quod in se contineat asses duos & dimidiatum ter-
tium. Sic ergo apud Romanos ex ære signato ha-
buit libras duas & semis, uel dipondium aut semis-
sem & per 115. notabatur, De hac re Melanchthon
per compendium scripsit.

In caput XL.

Mortalium nemo est felix.) Haud uiuit ullus om-
nibus felix modis Euripides.

Computat more Thratie gentis uide Erasnum in
prouerbio Creta notare.

Voluptatis Nec letitia ullo.) Plautus inquit voluptatis co-
comes mœ- mitem esse mœrorum.
ror.

In caput XLI.

In qua tres continua serie.) Vide Sabellicum li-
bro tercio cap 9.

Vna Pherenice.) De hac Pherenice Aelianus
libro duodecimo in principio.

In caput XLII.

Variantis fortunæ.) Inconstantis.

In caput XLIII.

Seruauit proscrip.) De istis Valerius & Li-
uius.

In caput XLVI.

Aglaum Psophidium.) Hanc historiam Guido
graphice describit in capite de paupertate.

In caput XLVIII.

De spacio atque longeuitate.) De istis multa
in nostris succisimis lectionibus primo dialogo, & a-
pud

Adnotata.

41

puđ Maronem in carmine de etate animalium.

In caput XLIX.

Tetartemorion.) Tetartemorion quadrantem Tetartemo
significat. rion quid.

In caput L

P. Cornelius Rufus.) De hoc Cornelio consule
Guido capite quibus fortuna fauet insidiatrix.

Vomica morbo.) Vomica tumor est excrescens Vomica.
sive crassities quae saniem frequenter emittit.

Senes minimè pestilentiam sentire.) Hæc Plinij Senes pesti-
assertio non est perpetuæ ueritatis, quoniam apud lentiam nõ
Plutarchum legimus Furium Camillum, longo senio sentire.
exactaq; etate confectum hac lue perijisse.

In caput LI.

Aut formicans permissu.) De pulsu formicante
scite admodum scribit Rhases ad Alman. libro decimo
capite 33.

Et alia Hippocrati.) In libro de uictus ratione
& libro secundo de morbis. Item libro de diebus de-
cretor.

G s la

In C. Plinium
In caput LII.

Hermotimi Clazomenij.) Huc legendus est
Baptista Campifulg. libro 1. cap. 6.

Et in Gnosio Epimenide.) De hoc Valerius li-
bro octauo capite decimo octauo. Cur autem tam
diu dormiuiffe narratur in mea Philologia narra-
tur.

Fœminarum sexus.) Si fœmina matricis labo-
(ōtra præ- rat strāgulatione, seu præfocatione, in extasim cadit,
Œcat matri absq; motu & sensu, sed reuocatur inferius odorife-
cis. ris, superius foetidis adhibitis.

E duobus fratribus.) Hanc totam historiam
Campifulgos recitat lib. 1. cap. 6.

In caput LIII.

Præter Chilonem.) de quo dictum est supra ca-
pite trigesimo secundo.

Sophocles & Dionysius.) Et ea testatur Vale-
rius Max. libro nono capite duodecimo. Et Fulgosus
lib. 9. cap. 13. De Diodoro item.

Mater pugna illa Cannensi.) De hac muliere
Romana A. Gellius libro 3. cap. 15.

Dum calciantur matutino duo Cæsares.) De his
& sequentibus Guido ab initio suorum exemplorū
capite primo.

Dum

Inungit specillum per oculum.) Specillum in- Specillum.
strumentum est medicum quo unguenta extendun-
tur.

In caput LIII.

Ipsam cremare apud Romanos.) De uarijs se-
peliendi ritibus Alexander ab Alexand. copiosissime
in suis succidaneis.

In caput LV.

Post sepulturam alia atque alia.) Hanc de ani-
ma & manibus in uarijs locis Marsilius Ficinus. Et
quaedam Aelianus lib. tertio. Sed in nostro tractatulo
quem de demonibus sublunarijs in publicum dedi-
mus, abundantiss. scripsimus.

In caput LVI.

Ceres frumentum.) Berossus Chaldaeus libro 5. Ceres fru-
menti usum Osiridi adscribit, dicens in Aegypto menti usum
& Palestina aratrum & omnia ruris instrumenta ad dedit.
manus parasse.

Glande uescerentur.) Huius rei testem pono
Fabium quoque Pictorem, & Diodorum, qui suo pri-
mo libro ea omnia ferme habet quae hic ponuntur.

Itena

Item Herodotum in 5. Laetantium, Solinum & Vergul. Polydorum de rebus inuentis primo libro.


In caput LX.


Quando primum horologia.) De horologij inventione Vitruuius libro nono de architectura & Polidorus libro secundo de rebus inuentis capite quinto.

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFI-
CINA HENRICPETRINA,
Anno Salutis humanæ M.
D. LXIX. mense
Augusto.







Compl

2 in 118

o.e.

